



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Benedicere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

illas cognoscere, sub pœna excommunicationis; & quicquid secùs attentari contigerit, irritum est, atque inane. Et per aliud Cisterciensibus in Lusitania concessum per Bullam à Clem. VIII, & habetur in Libro Privilegiorum ejus Congregationis, Nostri sub excommunicatione ipso facto interdicitur appellare, nisi à Prælati Ordinariis ad Generalem Præpositum, & ab hoc ad Congreg. Generalem: à qua, non nisi in casu injuriæ, ad solam Sedem Apostolicam appellare licet.



BENEDICERE.

§. I.

Præpositi & Rectores possunt benedicere Ecclesias, & in usum Societatis tantum.



Er facultatem Minorum de Observantia, possunt omnes Præpositi ac Rectores Cœmeteria, & Ecclesias, & Oratoria Societatis, pro ejusdem Societatis usu tantum, solemnibus benedictione benedicere. Concessit LEO X. per Bullam, datam 3. Febr. 1514. Incipit: *Religionis honestas*: 6. in Bull. Regularium.

Hac

no
ser

be
fac
na
Ju
sti

2.
nis
os
ba
Bu
Ac
lar
Vi

Ac
di
Po
Cl
Il
ra
re
X
Ca
pi

Hac facultate uti possunt omnes prædicti, non tamen publicè, nec nisi Ordinarii abessent, aut id gravatè facerent.

§. 2.

Generalis potest sacrare & benedicere corporalia, &c.

Potest Præpositus Generalis sacrare, & benedicere Corporalia, vestes, & ea, quæ sacris usibus necessaria sunt, seu opportuna, pro ipso Ordine tantùm. Concessit Julius II. Generali Eremitarum S. Augustini per Bullam 7. Kal. Julii 1507. & est 2. hujus Pontificis in Bullario hujus Ordinis. Sed sinè illa limitatione, ad proprios usus concessum est ab Eugenio IV. Abbati Monasterii S. Spiritus de Sulmona, per Bullam, dat. 5. Kal. Nov. anno 4. Incipit. *Ad decorem*: est 18. in Bullario Regularium, in n. 18. & ab Innocentio VIII. Vicariis, & Visitatoribus Congregationis Augustinianorum. Habetur in Bull. Ordinis ejusdem, & est Constitutio 3. hujus Pontificis. Eandè facultatè, quò ad ea, quæ Chrismate non inligent, concessit Paulus III. Prioribus Carthusianorum per Litteras, conservatas in eorum Monasterio Ebo- rensi: & à Nostreis inspectæ sunt. & Greg. XIII. Prælati SS. Trinitatis Redempt. Captiv. Bullâ, datâ 7. Octobris 1575. Incipit: *Exposcit*: & est 31. in Bull. comm.

§. 3.

§. 3.

Etiam Præpositi & Rectores possunt.

Per facultatem INNOCENTII VIII. vivæ vocis oraculo concessam Abbatibus ac Prioribus, principale regimen habentibus, Congregationis S. Justinæ de Padua, quæ habetur in privilegiis impressis, fol. 123. possunt Præpositi Domorum ac Rectores benedicere corporalia, vestimenta, ceteraque ornamenta Ecclesiæ, & ad cultum divinum pertinentia, & tam suæ Ecclesiæ, quàm etiam undecumque delata, & tam à Nostris quàm ab aliis deferantur. Huic vivæ vocis oraculo adstipulantur concessionibus Bullares, allatæ §. proximè superiori.

Videnda tamen Decreta Sac: Congr: Rituum 18. August. 1629. & 13. Mart. 1632. apud Barbosam in Collect. Bullar. V. Abbas, quibus prædictæ facultates imminutæ sunt.

Hæc facultas cum præcedenti conceditur omnibus in ea comprehensis, & aliis Superioribus, quibus Provinciales communicandam duxerint. Quo ad benedictionem tamen ad externorum usum, non nisi necessitas urgeat, & Prælati dissent, & sine illorum offensione.

Vide verbo *Ecclesia*. §. 1. & 2.

BENE-